Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

LXXVIII. An particularis & universalis jusitia dicatur justitia ?

urn:nbn:de:bsz:31-109121

Visual Library

num ἀλλότριον (alienum:) ſic Juſtitiæ univerſalis ſeu legalis ambitu comprehenduntur. Hęc (quod ſilentio hîc involvendum non eſt) ideô dicitur neceſſaria per accidens, quia cives tantùm bonos efficit: particularis verò juſtitia (quæ ſuum cuiq; tribuit) per ſe neceſſaria dicitur, quia viros bonos efficit.

LXXVIII.

An Particularis & univerſalis Juſtitia dicatur Juſtitia ὁμωνύμως?

ARISTOTELES lib. 5. cap. 2. Eth. Juſtitiam ait & injuſtitiam πλεοναχῶς λέγεσθαι multis modis dici, ita tamé, ut homonymia illa, id eſt, communitas nominis, & definitionis ejus diverſitas, ſit obſcurior & minùs apparens. Injuſtus enim dicitur & is qui legibus non obtemperat: & is qui æqualitatem negligit. In quarto verò cap. Juſtitiæ univerſali, quæ chorum quendam omnium virtutum complectitur, ac cives bonos efficit, & particulari, quæ viros bonos reddit, ait nomen Juſtitiæ univocè convenire, id eſt, ſecundùm nomen & rem. Hæc non pugnant inter ſe. Univocè enim ſeu ſynonymως dicetur & univerſalis & particularis Juſtitia vel injuſtitia, ſi ſpectes communitatem hanc, quòd utraq; ad alterum refertur: ſeu propter cõmune genus, id eſt, quòd conveniunt in communi genere